i, e. exponente eodem, ſtellarum maxima & pulcherrima, ſaltem quoad apparentiam & vulgi opinionem, Verum unâ fideliâ duos dealbamus parietes, repetimus quædam quæ ad locú priorem Job. 40. dicta. Ut autem *συντόμως* & dextrè *Bell.* verba examinētur, quædam prænotanda. Concedimus equidem Angelis vocem ſtellarum attribui, dicuntur n. Job. 38. 7. כוכבי בקר LXX. *ἀστέρες ὄρθρου* Targ. כוכבי צפרא h. e. Stellæ auroræ, per quas licet *Cajetan.* ſeptem communes ſtellas. *Crell. in Promtuar. Bibl. p. 698. c. 2. p.* ſeptē planetas ſc. שבתאי, צרק, מאדים, חמה, גוגה, כוכב, לבנה intelligant, nos tamen id de Angelis haud incongruè exponimus. Concedimus etiam Deum interdum non ex rei veritate, ſed ex hominū opinione loqui, cum *D. Calov. Th. Nat. & Rev. c. V. §. 188. p. 1136.* Sed hic non ita procedendum, Licet enim quidam *Patres Aug. Ambroſ. Athan. Bernh. Chryſ. Hier. Greg. Papa in Ezech. Nazianz. Orig. Tertull.* & *Pontif. Becan. Greg. d. Val. Suarez. Scot. Thom.* de Diaboli primo peccato, ſuperbiā, exponant; Reſp. tamen (1) Diſt. inter textus literam ejusq; applicationē. Poſterius h. l. concedimus, non a. prius, cū v. 16. & ſeq. ad Diabolum non quadrent (2) *D. Frantz. d. interpr. ſcr. orac. 94. p. 901. urget* v 4. & 22. ubi de Babel loquitur Conf. *Luth. in Gen. 1 ſup. diem II. creat. & T. 3 Jen. Lat. f. 328. in Eſa.* (3.) *Scheraus in Miſcell. Hierarch. p. 32* & *Itiner. Pſalt. §. 249. n. 2. p. 195 196.* nullo modo, ait, vocem הילל Diabolo poſſe attribui, cum ſolus hic Christo competat 2. Pet. 1. 19. Apoc. 2. 23. cum Diabolus contra ſit *ἀστραπὴ* ܒܪܩܐ Luc. 10. 18. fulgur *horribile. κοσμοκράτωρ τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου* Poſſeſſor ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܚܫܘܟܐ mundi hujus *tenebroſi* Eph. 6. 12. Agit E. hic locus propriè de Rege Babyloniæ, ut è *Pontif. Caſp. Sanctius Cornel. à Lap in h. l.* E. noſtris *D. Luth. d. l. & T. 4. Witt. Lat. Com. in Eſ. f. 181. a. b. D. Brent. T. 4. Com. h. l. P. 274. D. Schnepf. ad h. l. D. Wigand. Com. f. 112 D. Tarnov. in Exerc. Bibl. E. Calv. Calvin Com. in Eſ. 14 p. 153. Wolff. Muſcul. Scultet.* exponunt, allegoricè & in ſenſu myſtico ad Diabolū applicari poteſt, ut *Vatabl.* & *Pp.* ſupra cit. volunt, q. d. Quomodo fieri potuit, ut tanta tua majeſtas tam illuſtris & ſublimis, ut videretur eſſe quaſi Lucifer in cœleſti firmamento, ad terram usq; deturbaretur. Vid. paraphraſt. textus explicationem apud *D. Glaſſ. Rhet. ſacr. tr. 1. c. 10. p. 228. Martin. in Lex. L. p. 1682. Alvaretz. Arcular. Bülling. Didac. Gualter. Hyper. Com. in Eſ.* prolixè. Nos uti incepimus, ita & finimus.

לשם שמים.

Coll. diss. A. 215, misc. 34

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn326478094/32
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG